

LIEBEN
12



Q. m. 252

1) Benthon, With

not 21 - 23/

alles Leihungsprotokolle

von Gerichtsverordnungen etc

für 787 ein Portrait

in Kupfer gest.

Waldemar Bentzen



DECANUS
FACULTATIS PHILOSOPHICÆ
BRANDANUS HENRICUS
GEBHARDI, D.

SS. Theol. ac LL. OO. Prof. P. Ordin.
ad audiendam

Orationem Latinam

DE

LAUDIBUS

ILLUSTRIS

USEDOMII

Eqvitis Rugiani,

Trium Alumnorum post fata Nutritii munificentissimi,

à

Juvene Nobilissimo ac Ornatissimo

DN. CAROLO HELVIGIO,

Gryphiswaldense,

d. VIII. Martii hora X. antemerid.

habendam,

Qvosvis Literarum Amatores

officiosissime invitati.

GRYPHISWALDIÆ,

Literis DANIELIS BENJAMINIS STARCKII, Reg. Acad. Typogr.



DUm Musæ nostræ feliciter reviviscunt, omni ope annitendum nobis est, ut eorum, qui Academiæ nostræ suis meritis profuerunt, memoriæ ab interitu vindicentur. Inter eos non posteriores illi ferunt, qui annuis stipendiis excellentiora Juvenum ingenia excitant ad fidelem suam culturam; qui quidem duplicem ex sua munificentia fructum percipiunt, siquidem & rei literariæ serviunt, & sibi immortalem conciliant memoriæ. Honestissima certe ambitio, quæ tam laudabili medio utitur! Quid enim celebratu dignius, quam publicis inservire commodis? Quid magis immortalitatem nominis meretur, quam cura sublevandæ rei literariæ? Artes ac disciplinæ, divina ac humana jura literis traduntur, explicantur, propagantur, insigni utriusque Reipublicæ emolumento. Neque enim vel sacra, vel profana res salva esse posset, si
artes

artes ignorarentur. Antiquior ætas alienior à cultu disciplinarum, in prælia & militaria exercitia magis propendebat. Ex his opes, ex his gloriam aucupabatur, neglecto clementiori literarum cultu. Non necesse habemus in longe distitas terras progredi, & ex Indorū Scytharumq; antiquis morib9 fidem asertis nostris petere; In ipsa patria nostra, quanta literarum ignorantia fuit, quanta bellorum cupiditas, dominantibus in ea Vandalorum Principibus! Scilicet cum artium studia feritatem animorum emolliant, iis spre-tis, nihil aliud in mente dominari poterat, quam effrenis cœdendi prædandiq; libido, quæ perpetuo præliorum alebatur exercitio. Neque enim Vandalis aliisq; finitimis populis, cum domestica multitudine ac paupertate urgerentur, religio fuit alienas invadere regiones, Romano Imperio subjectas, omnia rapinis miscere ac cœdi-bus,

bus, dum suæ consulerent egestati, invalescentiq; multitudini de aptis sedibus prospicerent: qui si rectius excoluissent innatum humanæ naturæ principium SUUM CUIQUE, ad tam inhonesta victus quaerendi media nunquam fuissent prolapsi. Non dubium est, quin in his Balthicis terris complures extiterint fortissimi viri, ac propteregregia in hostes facinora immortalis gloria dignissimi: Neque enim fieri potuit, quin illa perpetua armorum tractandorum cura eos in artibus bellicis reddiderit exercitatisimos. At quis est ex omnibus illis Heroibus, qui domestico virtutum suarum præcone gloriari possit? Ita illæ barbaræ gentes in Heroas suos tam præclare de se meritos, nulla potuerunt gratitudinis edere documenta, quia literis destituebantur, unico laudum Heroicarum vehiculo. Neque quidquam ad nostræ ætatis memoriam de Genserico, Hunerico,

rico, Gundamundo, Gilimere, Vitige,
Ardaburio fuisset perlatum, nisi Christiani
scribendi belli Vandalici, Gothici, Lon-
gobardici curam ac cogitationem susce-
pissent. Recte canit Horatius

Vixere fortes ante Agamemnona.

Multi, sed omnes illacrymabiles

Urgentur, ignotique longa.

Nocte, carent quia Vate sacro.

Idem nobis de antiquis littoris Balthiaci
Heroibus dicendum. Ac propterea Ho-
merus cum primus sit inter Gentiles, qui
scripto Trojano bello Heroicas Ducum
bellicorum virtutes immortalitati conse-
cravit, quam ingenti plausu ab omnibus
cultioris orbis Scholis suscipitur, teritur,
explicatur? Plurima de literarum utili-
tate dici possent, si in re manifesta ac à
nemine negata luberet prolixitati servire.
Quanta itaque non debetur laus ac com-
mendatio iis, qui sua munificentia omni-
bus seculis sollicitè caverunt, ne rei litera-
riæ

riae sui deessent cultores ac protectores ?
Alii aliorum Evergetarum invigilent lau-
dibus : nobis opera danda est, ut Ule-
domiorum, Wakenitziorum, Blücheror-
um, Pagencopiorumq; memoriam vivam
florentemq; conservemus. Vos appello,
qvi horum stipendiis nutrimini, quarum-
cunq; facultatum Studiosos: Vestrum est
cogitare, qvibus exercitiis gratum teste-
mini animum in Benefactores Vestros.
Scitis ad quæ officia vos obstringat Testa-
torum pietas. Non eo fine subsidia studio-
rum accipitis, ut corpori de victu prospici-
atis ac vestimentis, qvo in Academia
hac saltem comorari possitis: potior dati
stipendii finis est, ut habeatis, qvod libris
emendis, Collegiis habendis, edendis Ora-
tionum disputationumqve speciminibus
impendere possitis. Animorum vestro-
rum cultura pie intenditur. Qvicquid
ergo ei adversum, vitandum vobis esse
grati

grati memineritis. Proдите ergo, prædicate laudes Mœcenatum Vestrorum. Videtis quam benevolo omnium plausu Musæ nostræ jam lacertos moveant: Agite expergiscimini & Vos, juvate surgentes Musas vestra diligentia ac æmulatione, abjectisq; inhonestis impedimentis publica privataq; collegia gratisissima præsentia vestra implete. Heroes magnis pecuniis redimere solent Clarissimorum Virorum operas, qui sua describant facta. Enimvero non minimo vobis honori ducere potestis, quod Viri de patriæ salute meritissimi suis vos stipendiis suarum laudum conducant ebuccinatores. Utrum magis suo an vestro honori consulere voluerint ambigo. Si suum honorem quævisissent, viris in celebritate versantibus describendæ vitæ suæ dedissent negotium. Dum ergo vobis provinciam imponunt laudandi sui, agnoscitis vestro serviri honori.


nori. Publica panegyris ad vos audiendos convocatur:
publicum Vobis testimonium, publicus plausus accerfitur.
Prodite ergo haut inviti, prædicate memoriam Mœcena-
tum vestrorum publicis speciminibus. Præbit suo vobis
exemplo præclaræ spei Juvenis DN. CAROLUS HELVI-
GIUS, B. Parentis laudatissimis vestigiis perquam strenue
insistens Filius, Affinis meus, dilectissimus, Orationem
latinam de Laudibꝫ Illustris USEDOMII futuro VIII. Mar-
tii habiturus. In quo præcipue laudandum, quod nullo ad-
huc beneficio obstrictus, sponte sua ad prædicandam Testa-
toris beneficentiam progrediatur, cum ut suam promittendi-
nem domui Usedomianæ commendet, tum ut & cœteros
suos commilitones ad laudabilem imitationem provocet.
*Vos autem Magnifice Dn. RECTOR & Pro-Cancellaria-
rie, Generosi ac Præ-Nobilissimi Archi-Dicasterii
Dn. DIRECTOR & Consiliarii, Excellentissimi, Pruden-
tissimi, Plurimum Reverendi, Academiae Professores,
Urbis Consules ac Senatores & Ministerii Patres,
quoslibet denique Eruditos ac Literarum Amantes,
tam Hospites, quam Cives ad auscultandam hanc Ora-
tionem officiose ac humaniter invitatos volo, cum meo
tum Dn. Oraturi nomine quævis vicissim officia
certissime promittens.*


P. P.


Dominica Invocavit,

5. Martii 1702.

(L. S.)







21
DECANUS
FACULTATIS PHILOSOPHICÆ
**BRANDANUS HENRICUS
GEBHARDI, D.**

SS. Theol. ac LL. OO. Prof. P. Ordin.

ad audiendam

Orationem Latinam

DE

LAUDIBUS

ILLUSTRIS

USE DOMII

Equitis Rugiani,

Trium Alumnorum post fata Nutritii munificentissimi,

à

Juvene Nobilissimo ac Ornatissimo

DN. CAROLO HELVIGIO,

Gryphiswaldense,

d. VIII. Martii hora X. antemerid.

habendam,

Qvosvis Literarum Amatores

officiosissime invitatur.

GRYPHISWALDIÆ,

Literis DANIELIS BENJAMINIS STARCKII, Reg. Acad. Typogr.